

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Lessus In praematurum quidem, sed beatum obitum ...
Dni. Christiani ... Comitis in Oldenburg & Delmenhorst ...**

Gryphiander, Johannes

Bremae, [1647]

VD17 VD17 23:331032N

[Lessus In praematurum quidem, sed beatum obitum ... Dni. Christiani ...
Comitis in Oldenburg & Delmenhorst ...]

[urn:nbn:de:gbv:45:1-488072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-488072)



Uire quàm titulo mavis patriota vocari,
Saxonica Frisicæq; simul bonus accola terræ:
Quâ celer aggeribus conclusus utrinque visur-
gis

Concessis rigat arva vadis, Delmæq; fluena
Excipiens, Ochtæq; Hontæq; canalibus auctus,
In mare piscosas volvit violentior undas,
Nactus et hic focium Iadam magni æquoris instar,
Ambo finitimas humectant flumina gentes:

Nobile si genus humano de sanguine ducis,
Nec pro corde pepo, nec inest tibi cornea fibra,
Sed dedit ingenium sublimius igneus ardor
Naturæ, ut supra vulgus sapere, atque videre
Altiùs, & cladem possis penetrare Josephi:

Huc ades, & Comiti defuncto debita solve
Suprema, exequiasque para, quæ principe tanto
Sunt dignæ: nec enim satis est summo ore dolorem
Prodere, & externis signis testarierimum,
Dum lacryma aucta genas tingit, feralis amictus
Involvit corpus, caput atrâ syndone cinctus
Pileus investit, denunciat undiq; luctum
Turribus ex altis sonitu campana trementi,
Aut tristantur equi pullo velamine tecti,
Et suspensa trahunt vexilla volantia spiras,
Cottidiana quidem, at multis communia facta:

Hoc caveas, ne te tangat censura Jehovahæ:

Esai. 57. in prin.

Ecce cadit justus, non est, qui intelligat illud.

O mihi si linguæ centum sint oraque centum,

A 2

Atq;

Atq; manus totidem, justæq; ad carmina vires;
 Si mihi stillarent latices è vertice vivi,
 Rorem & inexhaustum suffunderet humor ocellis,
 Ut possim internum cordis proferre dolorem,
 Et casum insolitum digno describere versu,
 Qui plus occultat damni, quàm in fronte minatur,
 Quàm vellem in luctu communni hoc esse disertus !

Christiades etenim, quo non excultior alter,
 Moribus, ingenio, cultu, virtutibus, ore
 Occidit ante diem, Princeps in flore juventæ,
 Turbavitq; suos, cunctos mœrore replevit,
 Cùm vix dimidiam partem compleverat ævi,
 Quod pater Anthonius duplum transegerat olim.

Casu id fortuito haut factum, sed numinis almi
 Consilio nemo dubitat, qui Principis annos
 Ipsius arbitrio novit, fortesque futuras
 Suppositas, sine quo nec passer ab aëre lapsus,
 Nec capitis pilus aufertur, quiq; omnia sceptra,
 Atq; actus hominum mensurâ, pondere, certo
 Et numero inclusit, quos non excedere fas est.

Præsertim postquam morbus violentior arte,
 Respuit auxilium medicorum, & Pharmaca doctâ
 Cocta manu nullam potuere afferre medelam,
 Hypocrates præsens, nec si ipse Machaon adesset.

Jamdudum nobis, si mens non læva fuisset,
 Hæc mala prædixit, non umquam impunè Cometa
 Visus, quem sat maturè Rex maximus orbi Anno 1618.
 Legatum misit, licèt haut jucunda ferentem,
 Jussit & arctos cœli percurrere tractus,
 Securis properam ut mortalibus indicet iram,
 Et scelerum pœnas, quas tot contraximus annis,
 Exigat, aut veteres jubeat convertere mores.

Fun-

Functus is officio jussu, per culmina cœli
 Stellarum magno comitatu apparuit ingens,
 Præbuit & sese spectandum in nubibus altis,
 Crinitâ facie, & virgarum fasce ligato,
 In formâ caudæ longè lateq; rotatæ,
 Omnibus horrorem incutiens mortalibus, atq;
 Altius ascendens, de ortu conversus ad austrum,
 Ne qua queat regio cœlo huic subjecta videri
 Præterita, errorémve suum prætexere justè,
 Triginta noctes sese stitit inspiciendum.

Astrologi passim, quibus hæc mysteria cœli
 Indagare datum est, scriptis monuere peritis,
 Mandatis parere Dei, emendare jubentis
 Infamem vitii vitam, nec temnere tantum
 Legatum, quo non major vel mille per annos
 Adfuit, haut eadem certè de pelve futura
 Fulmina, sed vires quandoq; habitura potentes,
 Lictoresq; suos consuetos fallere rarò.

Pœrtendunt etenim hæc cœlestia sidera cœlo
 Affixa haut frustra, magnorum funera Regum,
 Et procerum mortes, quæq; hinc mutatio regni
 Consequitur, gignens lites & bella cruenta,
 Et subjectorum turbas, motusque rebelles,
 Tum pestemq; famemq; & plura incommoda, quæ mox
 Cuncta per Europæ pomœria lata vagata,
 Heu ferè ter denos annos Germania sensit,
 Unum quando diem visus luit ineger annus.

Hoc quoque crede malum nostris cervicibus instans,
 Prædictum nobis, quia non attendimus illud,
 Nunc quoque nos tangit, seròque advertere mentem
 Admonet, eventus stulti solet esse magister,
 Pòstq; greges mandans amillos claudere septa,



Christiades quando princeps præfagia stellæ
 Eheu fatidicæ complet, procerumque iubetur
 Se comitem præbere rogis, quos hæctenus hausit
 Diversos mortis telum, sponsalia læta
 Cui meditabamur jamdudum, debita serò
 Solvere, felices sponsoque voverè hymenæos
 Spes erat, & multos cum prole præcarier annos,
 Certabant plures promisso carmine vates:
 Quippe domus fulcrum, nostræque secunda columna
 Stirpis habebatur, quem si fortuna secuta,
 Sit patris Anthoni, qui ductâ uxore senili
 In cursu, undenam sobolem suscepit, is omnem
 Sistere defectum, & cunctas supplere ruinas,
 Communesque iterum poterat ditare penates.

Namque in Saxoniam Witichindi Regis avitum
 Stemma virescit adhuc, perque octo sæcula floret,
 Nusquam interruptâ serie, quæ gloria paucis
 Est data principibus, domus Oldenburgica membrum
 Cujus præcipuum est, hac nobilitate coruscans.
 Quæ quia nunc summam pervenit honoris ad ^{apex}
 Per te servari ad seros deducta nepotes
 Christiades poterat, si fors & vita daretur,
 Nec nos indignos jam pridem munere tanto
 Fecissemus, & haut donis cœlestibus æquos.

Ast aliter visum Jovæ, cui nemo resistit,
 Pro thalamo tumbam, pro pulcrâ virgine virgam
 Dum mittit nobis, quia non meliora meremur.

O spes fallaces, dilataque vota futurum &
 Tempus in incertum, quod non attingere fas est!
 Dignus eras, generose Comes, meliore fruis
 Sorte diu, & placidæ vitæ compluribus annis,
 Utpote virtutum cultor, pietatis alumnus,

Muni-

Munificus doctis, promptusq; ad supplicis aures
 Clementes præbere preces, inopesq; juvare,
 Hostis avaritiæ, scelerumque acerrimus osor,
 In quo cum Nemese certabat gratia Diva,
 Et cum justitiâ rigidâ clementia virtus,
 Quasq; alias laudes aliis celebrare relinquo,
 Queis subjectorum meruisti optatus amorem,
 Ut desiderium functi sit majus ubique.

Volvitur exactè quadringentesimus annus,
 Otto quando Comes, terris cum fratre paternis
 Divisis, Delmenhorstam condidit arcem.
 Tunc geminus Comitatus primùm ex simplice factus
 Diverfos dominos ex unâ stirpe recepit.

Anno
 1247
 Chron.
 Oldenb.
 lib. 2.
 Cap. 5.

Bis tamen unitus fatis urgentibus idem
 Matricem ad stirpem rediit, Comitesq; recepit
 Oldenburgiacos, Nicolaus Episcopus ^{ap. 16}
 Agnatum Ditericum cum pro herede reliquit.
 Nati hujus trini, cum Danica scepra potens Rex
 Christiades sibimet delata capesseret ultro,
 Sed reliqui fratres Maurizius atque Gerhardus
 Divisum inter se comitatum utrumque tenerent.

Anno
 1431.
 d. lib. 2.
 cap. 18.

Illius extinctâ sobole, successio avitam
 Transiit ad stirpem jure, at violenter adempta
 Arx ab avo Anthonio repetita est fortibus armis,
 Ad patriosq; lares, dominosq; reducta priores,
 Centenos hodiè mansit secura per annos,
 Et dum Diva Themis vivet virtusq; manebit.

Anno
 1547
 Chron.
 Oldenb.
 lib. 3.
 cap. 14.

Nunc quoq; ad Anthonium Guntherum scepra
 reversa

Sunt onerosa magis quàm commoda, namq; laborum
 Curarumq; scatent cumulo, crescentibus agris
 Agricola labor accrescit, sub purpurâ honoris

Mulca



Multa pericla latent, mallet quibus ipse carere,
Contentus propriis, & non aliena requirens.

Sed quia naturæ lex, & divina voluntas,
Communisq; domûs fœdus, moresq; recepti
Agnatum ad patriæ revocant moderamina, Jovæ
Parendum est, quocunque vocat, facietq; libenter,
Quod subjectorum pia vota salusque requirunt.

Anthonium Guntherus enim vivo patrueli.
Non tantùm agnatus, sed patris amabilis instar
Profuit, atq; annis complexus amore minorem,
Ipsius ut proprios defendit ab hoste clientes,
Consilioq; & re juvit, quoties fuit usus,
Quæq; Dei auxilio grata hætenus otia fecit,
Conservare eadem curabit sedulus usque.

Ex quo jam sex lustra gravi Germania bello
Ardet, & alternis vicibus Mars circuit oras
Diversas, nunc has spoliat, nunc destruit illas;
Auro expilantur loculi, capiuntur & urbes,
Igne domûs pereunt, homines nactantur & armis,
More fluentis aquæ sanguis profunditur, atque
Exulibus miserisq; strepunt ergastula cuncta;
Patria nostra bonâ gaudet fruiturq; quiete,
Immò hominum & rerum crescenti copiâ abundat,
Et cùm vicinas ignis pervenit ad ædes,
Nostraq; res agitur; paries cùm proximus ardet,
Cuncta intacta manent, medio ex discrimine rapta,
Amissumq; statim repetunt, veteremq; vigorem,
Principis Anthoni Guntheri fortibus ausis,
Unus qui nobis collapsas restituit res,
Tutaturq; suos, inimicos reddit amicos,
Conciliat Reges, avertit mœnibus hostes,
Arte & Marte valens Satana indignante triumphat.

O for-



IMAGO MINISTRI ECCLESIAE EX CONSTITVTIONIBVS BRANDENBVRGICIS DELINEATA.



Quanta sit muneris ecclesiae dignitas, quanta graui-
tas, curae, sollicitudines cir-
cuasi obsideant, quamque
RVVM IESV CHRISTI
quem non tam cognitio
latiua imbuat, sed ipse
caelestisque spiritus infor-
ter satisfacere officio suo
homines haud uulgares
serui Iesu Christi quum
stantissimi uiri expres-
uel a chartae spatio lo
e argumentum pro di-
umque periculum fa-
TRIIS demonstrabo,
iendis praeponi cupit.
e expectet; uerum
is designatam. Alias
d quamquam ita sit;
ut oleum perdi-
ri certe homines eo
iae, quam sanctas,
iam CONSTITV-

Quatuor autem reper-
siderare operae pretium f
administrationem muner
doctrinam quod attinet,
gicarum, neque peregrinu
minus *in rebus* labe infectu
quam docet, ipse certo ex
plissimi partes eo rectius,
quum obtinere cupit, ne
discedat (a) necesse est. Qu
caelestium, quae solae uim
mos hominum, eosque conu
ac fallaces opiniones in eccles

(*) Kirchen-Ordn. der Marggrauen zu Brandenb. und der Stadt Nürnberg edit 1564. fol. 53.
Allein das man die lateinische Sprach nicht gar aus der Kirchen treybe, dann wann die aus der
Kirchen keme, würde sie auch in Schulen abnemen. Nun kan man Gottes Wort oder die
rainen Lehr nicht erhalten, one Erkenntnuß der Haupt-Sprachen, darin die heilig Schrift
vnd andere Kunst vnd Weisheit gefast ist. Darumb ist nuß vnd gut, das die Schuler vnd
Kirchendiener der heyligen Schrift von Jugend auff gewohnen, am allermaisten in der Sprach,
da sie am raynisten gefasset, gehandelt vnd ausgelegt ist.

(a) Kirchen-Ordnung fol 1. So ist warlich hoch von nöten, das alle Christenliche Pfarr-Herrn,
Prediger vnd Kirchen-Diener - - - sich der heyligen göttlichen Schrift mit ernst annemen,

